

Cessavit, cessaverunt, quieverunt, scilicet ventus et tempestas aquae; distincto enim Marcus refert Salvatorem compescuisse ventum, et mare deinde. Porro in duobus Graecis exemplaribus, est ita ut in Latina editione, *cessavit*, eodem sensu.

ET FACTA EST, quamprimū ille jussit, ita ut non posset naturae ascribi, sed miraculo deberet.

TRANQUILLITAS. Non solum sedata est tempestas, verum etiam mare ita tranquillum redditum, ut ne vestigium quidem tempestatis esset cernere, cum aliis multo adhuc tempore à tempestate soleant undae fervere. Facta est autem tranquillitas, non nullo vento, sed secundo, eoque lenissimo; nam, *enavigaverunt ad regionem Gerasenorum*.

VERS. 25. — FIDES VESTRA in me. Sub fide fiducia intelligitur, quae nascitur ex fide; q. d.: An non oporteret vos credere vos à me etiam dormiente servari posse; itaque confidere in me, neque ita animis consternari? Expedit interdum, nos, veluti à Christo neglectos, in extrema discrimina venire, ut, et ipsius potentiae, et nostrae imbecillitatis, eò certius experimentum habeamus.

QUI. Cum discipulis eos intelligit quorum erat haec navis; illos praeterea qui erant in ceteris navibus quas Marcus dicit fuisse socias.

AD INVICEM. Postponitur istud Graeco et Syriace participio, *dicentes*; certò igitur ad illud referendum est, non ad verbum, *mirati sunt*.

IMPERAT. Interpretatio ejus quod prius dictum est *increpavit*. Hic fructus est miraculorum Christi, ut majorem de eo homines opinionem concipiant, proficiantque in fide; hanc autem confessionem effecit miraculum è Jesu repente editum, tantò illustriorem quanto magis pugnantem cum metu et fidei exiguitate, quibus infirmitatibus non laboraverant: non tantum morbi quicumque et demones, verum etiam et venti et mare, quae nulli obedire solent, quorum vim nemo colibet.

OEDIUNT EI. Inanimatum creaturarum non est obedientia propria dicta, sed obedire idcirco dicuntur, quia, pro arbitrio Creatoris, ita mox agunt, operantur, mutantur; id quod facit efficacitas voluntatis ipsius.

VERS. 26. — ET NAVIGAVERUNT, vel potius, ut est in optimis manuscriptis, *enavigaverunt autem*, quod est, secundo vento decepti sunt, appulerunt; hoc est

habent. Hic autem tantum significant vocem ejus, quae imperat et increpat, fuisse efficacem, ita ut ventus et mare auctoritati et voluntati ejus obedi-erit, ut sequitur, non quidem sentiendo, sed motum ex imperio impressum suscipiendo et sequendo. ET FACTA EST TRANQUILLITAS, de vestigio quidem turbationis reliquo, ut post tempestatem fieri solet.

MIRATI SUNT; tam discipuli, quam illi qui erant in aliis navibus; quos Marcus adhaesit dicit c. 5, v. 50. *Dicentes*, etc.; quasi dicent: Profecto longe alius est, et major, quam hactenus eum existimavimus; nempe dominus ventorum et marium, utpote quae arbitrio ejus subjacent. Praeclarus typus est haec historia rerum futurarum, quem August., tum alibi sapiens, tum in Psal. 25, exposuit: Tropologiae enim stagnum haec vita est; tempestas, tentatio; Jesus dormiens, fides sopita; evigilatio, invocatio; tranquillitas, libe-

ratio. Allegoricè Tertull., lib. de Baptismo, c. 12: Navicula est Ecclesia, mare seculum; fluctus, persecutiones et tentationes, somnus Domini patientia. In fine sanctorum precibus excitatus seculum compescet, et suis reddet tranquillitatem.

VERS. 27. — ET CUM EGRESSUS ESSET AD TERRAM. Graeco, *egressus autem ipsi in terram*, scilicet è navi. VIR QUIDAM; sequitur in Graeco et Syro, *ex urbe*, vel ex ea urbe, scilicet vicinà, ad quam pergebat Christus, sive Gadara sive Gerasa, sive alià regionis Gadarenorum aut Gerasenorum. Caeterum non ex urbe venit, quem Matthaeus et Marcus narrant ex monumentis occurrisse, et Lucas toto contextu significat in solitudine vixisse; sed intelligendum est è urbe oriundum fuisse, vel, primum Christum propius ad urbem accederet, ex parte urbis illum se medium obtulisse. Matthaeus duos memorat; Marcus et Lucas unum, savitià celebriorem illum, haud dubie (multis

enim *extantibus*, quod Syrus reddidit duobus verbis: *Navigaverunt et venerunt*.

Ad, sive in.

GERASENORUM. Graecus et Syrus, *Gadarenorum*. Latinus, *Gerasenorum* dixit, ut alibi. *Gargasi* sive *Gergesa* (atrociter enim modo apud Hieronymum effertur), *civitas trans Jordanem* (nam quae erat trans mare Geresareth, erat et trans fluvium Jordanem, cum hic in illud influeret) *juncta monti Galaad, quem tenuit tribus Moabae*. *Hoc esse nunc dicitur Gerasa, urbs insigne Arabia*, inquit D. Hieronymus, libro de locis Hebraicis; quia et sub finem Commentarii in Abdiam: *Benjamin, ait, civitatem possidebit Arabiam, quae prius vocabatur Galaad, et nunc Gerasa nuncupatur*. Interpres itaque, ubi veritè Gerasenorum, illud nominis dedit, quod sua aetate celebris erat. Porro *Gadara, altera fuit urbs ejusdem regionis trans fluvium Jordanem, metropolis illiè validissima*, quod Josephus ait lib. 5 de Bello Judaico, cap. 5, *contra Scythopolim et Tiberiadem, ad orientalem plagam sita in monte*, quod Hieronymus, libro de locis Hebraicis. Eadem ergo regio nunc ab hac, nunc ab illà civitate nomen accipit. Caeterum nomen *Gargasi* sive *Gergesa* à genitè Gergesaeorum sive Gergesenorum (qui fuere ex numero septem illarum gentium quas praeparat Deus Israelit ut extirparet, Deut. 7, v. 12) nomine deductum est, qui illic olim Jordani fluvio ultra citraque assederant, quae parte aquae Maron et lacus magnus Geresareth sunt, auctore Arià Montano, libri de Chanaan cap. 7.

CONTRA GALILEAM. Graeco, *opposita Galilaeae*, ad ripam lacus oppositam ripae cui adjacent Galilaea.

VERS. 27. — ET CUM EGRESSUS ESSET AD TERRAM. Graeco, *egressus autem ipsi in terram*, scilicet è navi. VIR QUIDAM; sequitur in Graeco et Syro, *ex urbe*, vel ex ea urbe, scilicet vicinà, ad quam pergebat Christus, sive Gadara sive Gerasa, sive alià regionis Gadarenorum aut Gerasenorum. Caeterum non ex urbe venit, quem Matthaeus et Marcus narrant ex monumentis occurrisse, et Lucas toto contextu significat in solitudine vixisse; sed intelligendum est è urbe oriundum fuisse, vel, primum Christum propius ad urbem accederet, ex parte urbis illum se medium obtulisse. Matthaeus duos memorat; Marcus et Lucas unum, savitià celebriorem illum, haud dubie (multis

enim in amplificandà illius savitià insistunt), quippe in quo erat quidam quasi daemonum exercitus: in quo proinde propter mali atrocitatem magis illustre miraculum fuit, maximeque enituit Jesu virtus, cui tanta daemonum multitudo, vis et concordia, resistere non posset: nam singularium daemonum victorum et expulso- rum exempla jam plura à Jesu fuerant edita. Occurrerit illi, ut solitus erat aggredi atque invadere illae iter facientes, quamquam fieri possit ut non tam spontè venerit quam arcano Christi tractus imperio.

DEMONIUM, *Demonia*; ita est in exemplaribus Graecis: collectivè itaque accipias *Demonia* numero singulari.

MULTIS, ad verbum, *sufficiens*; q. d.: Jam satis diu.

MANEBAT, habitabat.

IN MONUMENTIS. Habebant Judaei, et hi, haud dubiè, Judaeorum vicini, qui et terram olim Judaeorum occupabant, monumenta sua ferè in montibus aut desertis locis, Gen. 23, v. 9, 20; 4 Reg. 23, v. 16; in civitatibus nequaquam, ne ille mortuorum sepultura contaminarentur: ut enim eadem tam hominum quam bestiarum, ita et sepulera Judaeis, lege contagiosa erant: patet Num. 19, v. 16. Habebant familiae lautiores monumentum singula suum, ex rupibus excisum vel lapideo ad lateritio opere cameratum, et altitudine et latitudine extructum, ut multi in eo sepeliri pluresque simul erecto corpore illud ingredi atque egredi possent: perspicuum est vel ex Salvatore monumento. Hic ergo latebant demonia. Digna certè rege ac principe mortis regia! Monumenta idcirco incohibat quo savitiam hominibus declararet suam, nihil morantis loca quae illi horrent, utque miserios illos homines quos obsecerat continuo terrore ob tristem mortis conspectum lancearet; denique ut viatores illinc aggressus majori horrore percelleret.

VERS. 28. — PROCIDIT ANTE ILLUM, accidit illi ad pedes. Coactus et victus virtute Jesu, supplex factus est ei, adulus, ut ne quid ei praeter voluntatem accideret; pro hominem inquam illum, ipsi demones qui in illo erant.

ET EXCLAMANS. In Graeco et Syro hujusmodi est verborum series: *Is autem cum vidisset Jesum et exclamasset, accidit ei, et voce magna dixit. Exclamavit autem demones pro hominem, eò quod torqueri se censeret.*

QUID MIHI ET TIBI EST; subaudi, *rei, aut commune*. Frequens est Hebraeis hic loquendi modus exponen-

das pro ratione subjete materia, ut jam diximus.

FILI DEI, id est, Messia, Christe; cujus confessionis causas late supra exposuimus. Altissimi, alias vertitur, *summi*. Deus altissimus sive summus vocatur, non quòd sint alii dii ipso inferiores, sed quia inter eos qui dii sive habentur duntaxat, sive suo etiam modo sunt, multò minus inter alios, non est quisquam ei conferendus potentia, sapientia, bonitate, ceterisque perfectionibus. *Non est similis tui in diis, Domine*, ait psalmographus, Ps. 85, v. 8, *et non est secundum opera tua*; et Ps. 88, v. 7: *Quis in nubibus aequabitur Domino; similis erit Domino in filiis Dei?* Quocirca Deus deorum vocatur Ps. 49, v. 2; hoc est, Deus altissimus.

OSSECO. Secundum Marcum, *adjuro*, quae vox est religione aliquem obstringere, metu religionis ac pietatis temeritate expectandaque ultionis divinae, ac si iurejurando constrictus sit, adigere ad aliquid faciendum; divini nominis auctoritate interposità aliquid imperare, 5 Reg. 22, v. 16; Matth. 26, v. 63; Act. 19, v. 13; 1 Thess. 5, v. 27. Quoniam moverat demonem, suis merito precibus nihil tribuendum, tentat, si, divini nominis auctoritate interposità, quam gravissimam esse Christo sciebat, consequi queat quod velit, pro se abutens adjuratione, cuius usus est contra ipsum. Haerebat acciper inter timorem et audaciam. Nam quòd adorabat, quòd Filium Dei praedicabat, quòd supplex rogabat, timoris erat: quòd exposulabat et adjurabat, audacia.

TORQUEAS. Verbum Christi adeò efficace erat, ut demonem fortissimà naturà constantem torqueat.

VERS. 29. — MELTIS ENIM TEMPORIBUS; ita est ad verbum, quod est, à multo tempore; *jam pridem* quidam vertunt, quiaquam *frequentat*. Datur ratio cur aegri adeò demonia ista ecederent, cur etiam Jesus amplius vellet ea ecedere.

ARRIPIEBAT, *corripuerat*. Syrus, *captivum detinebat*. ET VINCIEBATUR CATENIS ET COMPEDIBUS CUSTODITIS. Sensus est, participio cum verbo et verbo cum participio commutatis: Et, vincitus catenis et compedibus, custodiebatur.

ET RUPTIS, sed dirumpens, *et pro sed*, quod non est infrequens apud Hebraeos.

AGEBATUR, agnibat, cum impetu impellebatur, ut eques calcarius equum agitat. Vires, potentiam, regnum atque ingenium Satanae exercitibus fortitudinem suam in demoniaco, et denique demoniaci mi-

per quaedam temporalia divinae virtutis effecta, et occultissimè signa praesentia, quae angelicis sensibus etiam malignorum spirituum potius quam infirmitatibus hominum possunt esse conspicua; quae quando paululum suppressimò judicavit Christus, et aliquantò altius latuit, dubitavit de illo demonum princeps, ut explicat August. 9 de Civit., c. 21. Christus enim tantum eis innotuit, inquit, quantum voluit; tantum autem voluit, quantum oportuit. Ne se roqueas? Tum, quia tormentum est demonibus eos relinquere quos alligant; tum quia metuebant, ne in abyssum relegerentur, ubi, praeter supplicium, quod ubique circumferunt, privarentur grassandi in homines licentia.

August., lib. 9 de Civit., c. 11, et Origeni ascribit Hieron., epist. 59, et Tertulliano item August., Heresi 86. Quomodo vero tropologiae peccatores in sepulchris habitent, et saviant, vide late tractantem Chrysost., hom. 29, in fine.

VERS. 28. — QUID MIHI ET TIBI REI AUT NEGOTII EST? Quid tibi molestus sum ut rebus meis te interponas, aut mihi molestus sis? Sunt enim verba expostulantis et conquerentis cum eo, quem non laedebat, sed venerabatur, quia praecipuebat ei exire. Phrasis est usitata Hebraeis, et Scripturis frequens. Jesu Filii Dei. Nam, ut alibi dicit Lucas, c. 4, v. 41, demones sciebant cum esse Christum, tamen in deserto iurejuramentum non cognovissent. Sciebant autem eum

seriam describit evangelista, ut eò major postea cernatur potentia ac misericordia Christi.

VERS. 50. — QUOD TIBI NOMEN EST? explicat quis tu sis (nominibus enim noscuntur res), an unus aliquis duntaxat daemon, id quod ex modo loquendi tuo ita apparet? Sciebat Jesus multos esse, sed voluit rei veritatem diabolo exprimere, ut virtutis et gratiæ suæ magnitudo præsentibus commendaretur. Cujus enim non erat misericordiæ hominem plus milies perditum, à totidem exitiis eripere? et magnificè in eo refugebat virtus Christi, quòd voces, non unum dæmonem, sed multam turbam repente profigaret, ita ut reipsa apertè doceret, totum diaboli regnum sibi subiectum esse.

Legio. Dictionis Latine usus est etiam Græcè et Syriacè; tunc temporis vulgaris, Romanis Judææ dominantibus, eamque præsidii militum continentibus. Est legio nomen militare, significans exercitum sex millium, ut minimum, ut summum, quingentorum et duodecim millium militum: variant enim auctores. Legio cohortes decem, cohors quinquaginta manipulos, manipulus viginti quinque milites, continuisse docetur, qui simul omnes faciunt duodecies mille quingentos. Dæmonia autem usurpant nomen militare, simiæ angelorum lucis, quorum exercitibus quòd præsit Deus, idcirco frequenter vocatur Dominus Sabaoth, sive exercituum. Porro ut servitium bonorum angelorum exercitibus nobis servandis, ita malorum exercitibus nobis oppugnandis student, in nostram perniciem spurca cellivus conjurata. Animadvertente autem quam miserum animal sit homo, ubi Dei tutelâ destituitur; nempe, quisquis, non tantum singulis dæmonibus patet, sed ingentis turba: est receptaculum, quò magis sollicitè excubare nos deebet, ne tanta hostium turba nos circumveniat.

MULTA. Dæmones, cum spiritus sint incorporei, indumeri faciliè uno loco, eoque parvo definiti queant.

VERS. 51. — NE IMPERARET ILLIS, ne cogeret illos. Victos se et deditos apertè indicant.

IN ABYSSUM. Significat abyssus, Hebraicè *tehom*, Syriacè *tehom* dicta, immensæ profunditatis voraginem, immensæ altitudinis aquam, quasi absque fundo, nam *βύσσαν* fundus dicitur. Accipitur autem pro eo ipso loco quem idem Lucas infra, 16, v. 23, *σένον* vocat; Petrus 2 Epist. 2, v. 4, *τάραρον*; nos Latine infernum, id est, loco puniendis in æternum reprobis destinato, quòd in profundissimo terræ loco situs, reprobos ita penitus absorbeat, ut emergere nunquam possint. Eo in loco jam nunc quidam dæmonum agunt, Apoc. 20, v. 3, cum animabus eorum qui in impietate decesserunt, id quod ne profani quidem scriptores ignorarunt: sed non plus illi pœnarum luere videntur,

VERS. 52. — ET PERMISIT ILLIS. Admit itaque petitioni dæmonum, non ut penas homines darent neglectæ legis, quòd porcos alerent, ut putat Jansenius in Concordiâ; sed ut esset testimonium, verè dæmones egressos esse; ut constaret ipsis liberatis benefici magnitudo, tum liberationis ex tantâ multitudine dæmonum, tum conservationis ex illo furore

tur, quàm ii qui hoc in inferiori aere sunt, in quorū plerique sunt, Apostolo inprimis doctore, Ephes. 2, v. 2, et 6, v. 12. Extremo porrò Christi iudicio, Apoc. 20, v. 10, et hi in abyssum tradidit sunt. Quod ergo abyssum deprecatur, eò spectat, quòd ipsis volupe sit inter homines versari, quò illos seducant, et ad se plures semper pertrahant: id quod in abyssu non possunt, ubi nulli sunt quos seducant, sed seducti duntaxat, quibus, secum puniendis, præsent. Nam hoc unum studium dæmonibus est oberrare inter homines, leonum instar, ad venandam prædam. Dolet illis in solitudinem relegari aut in abyssum demergi, ubi ablata sit lædendi et perdendi facultas: hoc enim sunt ingenio, ut nihil magis appetant, quàm in exitium quàmplurimos homines trahere. Amare autem videntur regiones illas præ aliis, in quibus mores hominum, propter longam consuetudinem, perspectiones habent, ac ubi major est eis nocendi occasio et spes.

VERS. 52. — IN MONTE. Ut erat magnus grex, ita faciliè fieri potuit, ut pars in monte fuerit, quod Lucas habet, pars apud montem, quod Marcus; aut fuisse potuerunt in inferiori montis planitie, ubi mons in campos diffundi coepat, sub asperiora montis et sublimiora.

PERMITTERET. Observa ne immundis quidem ac fœdis brutis nocere posse nisi Dei permisso: quantò ergo minus hominibus? Efficendi rogant Dominum, non scelus veniam aut gratiam aut præclarum aliquid donum, sed ut in porcos sinantur ingredi; nulli enim pro ingenio satanico comodiùs sibi esse videntur, quàm ubi hominibus nocent: tanto hominum odio flagrant. Videntur autem eò maximè respexisse ut regionis incolæ, porcorum facturâ exasperati, Christo maledicerent, neque aut eum aut prædicationem ipsius susciperent, id quòd etiam ex parte ita evenit.

PERMISIT. Christus annuens non eorum votæ exauditi, sed permittit, tanquàm Judæus qui porcorum carnes nihil facit, inprimis quòd apparet verè dæmones ex hominum istorum corporibus exivisse et monstratæ verum esse quòd dixerant, magnam se esse in uno homine dæmonum turbam; deinde atrociora eos in homines quàm in porcos commissuros fuisse, nisi à Deo prohibiti fuissent; tertio ut doceat nullam fortunam jacturam comparandam cum hominibus dæmonum possessione; quarto, ut latius spargeretur miraculum in gloriam Dei. Hujus enim damni occasione factum est ut quasi puncto temporis illuxerit virtus Christi per omnem regionem illam. Quiriti refutatus est Sadduceorum et aliorum quorundam error, qui dæmones, non essentielles spiritus, sed pravas corporum et animorum hominum affectiones esse lingunt. Postremò ostendit quales essent animi

et strage, qui similes in se exercuissent, nisi Deus vetuisset; ut fama miraculi latius spargeretur in gloriam Christi: ut convincerentur Sadducei, negantes esse spiritus, quòd Hilarius notavit; denique, ut August., tract. 9 in Epist. Joan., ostenderet diabolum in eis dominari, qui vitam porcorum gerunt.

Geraseti, immundi et fœdi, congrua dæmonum habitacula; faciliè opprimi et perdi à dæmonis, Deo permittente, eos qui porcorum more vivunt.

VERS. 55. — INTRAVERUNT IN PORCOS. Ex monumentis in immundos porcos migrant, ne scilicet usquam deesset digna tanto rege, seu aula seu regia.

PER PRÆCEPTA, à præceptio. Corruerunt è rupe, sive præceptio montis mari imminens ad quem pascabantur.

IN STAGNUM, Genesareth, quòd superiores evangelistæ mare vocant, et hoc etiam loco Syrus. Propè illud contigisse hoc ejectionum dæmonum miraculum patet, quia dæmoniacus occurerat Salvatori mox ut ille navi egressus pedem posuerat in terram.

SUFFOCATUS EST. Non enim porcos invaserant dæmones ut in eis manerent, sed duntaxat ut præcipitarent eos in stagnum et submergerent, itaque nocent eis quorum porci erant.

VERS. 54. — FUGERUNT, partim territ spectaculo, partim nuntiari nrem omnem dominis suis et civitati universæ, quò constaret nequaquam ipsis imputandum id quòd acciderat damnum. Ita verò divulgatum est miraculum et longè latèque prædicata Jesu virtus, doctrina, efficacitas, misericordia, divinâ sapientiâ astutias Satane insigniter fallente.

VILLAS, Græcè, *agos*, uti apud Marcum. Ceterum ville pagique intelligi aut comprehenduntur.

VERS. 55. — A QUO DÆMONIA EXIERANT, qui ita effusus fuerat dæmonis agitantibus.

VESTITUM. Nudus enim cogebatur incidere quando à dæmonis agbatur, supra, v. 27.

AC SANÀ MENTE. Ad emphasis miraculi dicitur esse jam sanâ mente eum qui non solum singulari dæmoni, sed legioni obnoxius fuerat: opponiturque sanâ mente præditus, obnoxio legioni insanorum dæmonum; sicuti in superiori membro, dæmoniacus, id est, miserimè à dæmonio vexatus, adeò ut immanissimæ belluæ similior esset quàm hominis, opponitur sedenti et vestito, id est, quieto et composito: neque tamen dadi homines inter se comparantur, sed ejusdem hominis dispares atque adeò prorsus contrarii habitus.

AD PEDES ALIUS, docentis ipsum eosque qui aderant verbum salutis.

TIMUERUNT, expaverunt. Religioso metu tacti sunt, agnoscentes divinam vim et efficacitatem.

VERS. 56. — ET QUI VIDERANT, etiam ii qui viderant.

SANUS FACTUS ESSET A LEGIONE; liberatus esset is qui fuerat dæmoniacus; ita est Græcè et Syriacè: interpretis sensum dedit.

VERS. 57. — OMNIS MULTITUDO, universa multitudo præsens.

REGIONIS, circumjacentis regionis, et civis nimirum et agricolæ, omnes unanimiter. Hic enim civis ipsi Geraseti sive Gadareni comprehenduntur, quos Matthæus discretè expressit, cap. 8, v. 54.

GERASINORUM, Gadarenorum, ut supra.

UT DISCEBERET. Non expulerunt exacerbati, sed rogârunt percussî, partim religione, partim damni accepti dolore ac majoris metu. Agnoverunt virum

sanctum et divinâ virtute præditum cui nec dæmonia obistere possent, timeverunt ne vel ipse vel propter ipsius præsentiam Deus ipsos, gentes ab ipsis, qui Judæus erat, religione alienas, aut perderet aut majorem illas afflictas damnis attenuaret: non assimiliviribus illi Sarcaphane, que, mortuo filio suo, dicebat Eliæ, quem hospitio exceperat, 3 Reg. 17, v. 18: Quid mihi et tibi, vir Dei? ingressus es ad me ut rememorarentur iniquitates meas, et interficeres filium meum? Existimant enim peccatores homines viros sanctos sibi damnosos aut incommodos esse eò quòd non possit vitium cum virtute unâ commorari. Namque virtus suo splendore vitium perstringit, calore urit, maximè si sit divina virtus, ut Dei ipsius, aut angeli à Deo missi; et ex collatione illius cum suâ vitiositate, metunt sibi periculationem. Eò itaque ipsi profecerant, ut timere, suspicere, et revereri inciperent, in Christo refulgentem Dei majestatem ac potentiam, sed nondum eò ut amarent et susciperent beneficentissimum Salvatorem hominum assertoremque eò dæmonum tyrannide, pluris suas facientes facultates, quàm veritatis cognitionem et suarum salutem animarum: adeò verum est quòd alibi Salvator docuit: Qui non renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus, infra, 14, v. 25.

REVERsus EST IN GALILÆAM. Vix enim ingressus fuerat regionem hanc; hærebatur adhuc apud stagnum: nam mox ut egressus navi pedem posuerat in terram, occurretur ei Dæmoniacus; vide supra, v. 27, et Matth. 8, v. 52.

VERS. 58. — ET ROGABAT, Græcè, rogabat autem, tunc rogabat.

VIR, ille vir.

UT CUM EO ESSET, ut liceret ipsi esse apud eum, sive, cum ipso versari; esse in comitatu ipsius, tum quòd metueret ne, absente Domino, iterùm à dæmonibus invaderetur, tum quòd diligeret sanitatis suæ auctorem, paratus ingratos suos civis relinquere, quò ipsi adhareret. Unde apparet, quantum intersit inter notitiam divinæ bonitatis et divinæ potentie. Potentiæ enim formidinem incutiens, à Dei aspectu homines fugat longèque dispellit; bonitas autem suaviter allicit, ut sibi nihil optabilius esse homo statuat, quàm Deo esse unitum. Animadvertente mutationem consiliorum et curarum atque actionum hominis à dæmonio liberati.

DEIUIT, allegavit, non tanquàm indignum, sed quòd cum majore Dei gloria, et uberiore cum fructu, apud gentiles suos mansurus esset. Nam, quòd Victor Antiochenus ait, præsentia miraculi magnitudinem elevat; absentia autem vim illius claritè demonstrat.

VERS. 59. — CIVITATEM, illam ad quam Christus visus fuerat ire voluisse, in quâ domus ipsius erat, è quâ et ipse oriundus erat (nam et Marcus addit: Vade in domum tuam, ad tuos); neque per illam tantùm civitatem, quòd etiam Marcus insinuat, sed et per universam Decapoliem.

NARRA, renuntiavit illis. Repulsus à Gerasetis Dominus, illos quidem in præsens, ut meruerant deseruit;

quoniam autem nondum desponderi salutem eorum potuit, reliquit eis apostolum, se illis paulo gratiorem.

QUANTA, *ταυτα*, id est, quam immensa et quam mirifica. Nam *ταυτα* et *ταυτα* saepe permittuntur: et verior est sensus, si ad qualitatem potius quam ad multitudinem referas.

DEUS. Deo sua omnia Christus ascribit (quemadmodum à Deo Patre sua habet omnia), ut verò Dei propheta habens docendi auctoritatem, sicque paulatim erodiat rudem populum, cui nondum cognita erat ipsius divinitas.

VERS. 40. — REBIBSET, à Gerasenis, trajecto rursus freto, in Galileam.

EXCEPTI, gratulati sunt ei reditum; reditus ejus gratus acceptusque fuit multitudini.

EXPECTANTES magno desiderio eum, reditum ejus à Gerasenis, votis omnino contrariis ac Geraseni.

VERS. 41. — ET ECCE, quodam die, non ita diu post reditum hunc. Intercesserunt ea quae Lucas supra narravit, cap. 5, v. 18, et deinceps ad finem usque capituli.

JAIRUS. Penultima producenda est Latine. Nominat autem virum pro historiae certitudine.

ET IPSE, pro, qui.

PRINCIPES SYNAGOGÆ, ejus quæ in Capharnaum, verisimile est; accidit enim istud in littore maris vicino Capharnaum. Marci 5, v. 21 et 22. Porro erant archisynagogi (plures enim præerant uni synagoge) præfecti synagoge, ad quos spectabat synagoga et eorum quæ in ea gerebantur populi: eò convenientissimè primaria cura ac moderatio, infra, 15, v. 14; Act. 15, v. 15. Erat autem hæc primaria apud Judæos dignitas.

CAECIDIT AD PEDES. Secundùm Mattheum adorabat; quæ adoratio hic pro genuflexione sive corporis prostratione accipitur; neque enim divinum Christo honorem exhibuit; sed coluit eum ut virum Dei eximium. Hoc autem ad Phariseorum confusionem, quorum de fatione verisimile est archisynagogas plerumque fuisse, quòd hic salute desperatà nescierit unde presentis peteret auxilium quàm à Jesu.

EJUS, ipsius rogantis.

VERS. 42. — USUCA, unigenita.

ANXOREM DUDECIM. Ideò charior quia proles unica, et jam grandior ac florenscenti ætate.

ET HÆC, id est, quæ, MORIBATUR, agebat animam; SYRUS, propè erat ut moreretur. Mattheus habet: *Modo defuncta est*; Marcus: *In extremis est*. Mattheus, studio brevitatis omittit quòd Marcus et Lucas narrat; hi accuratioris sunt in historiis recensendis; Mattheus in verbis Domini. Jam proficiscentibus Jesu et archisynagogo nuntiatum fuisse archisynagogo filiae mortem et cætera quæ hinc sequuntur prætermittit Mattheus. In ipso exordio ponit quòd in progressu factum est. Non enim est verisimile primo accessu cum hujus viri fuisse fidem, ut crederet vitæ à Jesu restitui posse filiam mortuam, cui allato

VERS. 43. — ET. Interponitur hic alia historia, quæ confirmaretur fides vacillantis Jairi, et ostende-

retur, nunquam à beneficiendo otiosum fuisse Christum.

DUM IRET, inter eundem.

A TURBIS CONPRIMEBATUR, turbæ coarctabant eum. Ut magna est populi ad res insolentes spectandas curiositas, ita cupiebat quisque videre miraculum, nemoque non satagebat Christo esse quàm proximum, acueute rogans nobilitate spectandi desiderium, ita ut premerent et afflicterent eum sectatores et spectatores potius quàm justis auditoribus. Hic autem mihi observa Domini humilitatem, ita absque omni fide inter vulgus conversantis, ut sinat se ab eo premi, cum essent ipsi discipuli, qui cinctum liberum faciè à pressurâ servare potuissent.

VERS. 45. — ET, tum, inter eundem. Interrumpit historia cepta, et inseritur quòd in itinere accidit miraculum; nunquam otiosus, nunquam cessat benefacere Jesus.

MULIER, quam Eusebius Caesariensis, libri 7 eccles. Hist. cap. 14, dicit civem fuisse urbis Caesarea Philippi, et, ob acceptum beneficium, Jesu statuum erexisse, ac proinde gentilem fuisse, aut certè mixtæ religionis.

QUEDAM ERAT, *αυτη*, quæ erat, atque hanc verisimile fit interpretis esse scripturam.

IN FLUXU SANGUINIS, id est, quæ tenebatur morbo fluxionis sanguinis, quo modo loquendi significatur perpetuum fuisse morbum. Laborabat infirmitate internâ membrorum vitalium, ita ut alimentum propè omne converteretur in sanguinem ineptum ad nutritionem, quem nec posset, propter summam virium infirmitatem nativâ virtus in venas digerere, itaque elluere cogere per partes secretiores, fedus ac pendendus morbus.

AB ANNIS DUDECIM. Temporis diuturnitas infirmitatis consuetudinem in naturam ferè converterat; itaque à morbo jam victa erat, et ideò incurabilis omnino; id quòd facti ad miraculi exaggerationem.

EROGAVERAT, impenderat, insumperat in medicos facultates omnes suas; itaque his erat misera, postquam male valetudinâ accesserat Inopia.

NEC AB ULLO POTUIT CERARI. Propriè redditum est hic *curari*, cum agatur de remediis quibus ad curandos

Christum.

morbos utuntur medici. Nihil fuerat adjuta mulier, nec remediis nec consilio; sed ut è Marco discimus, in deterius venerat; auerant enim vitium, corporeculi imbecillitatem, plura genera medicamentorum viriè adhibita. Signum naturæ à morbo superatæ, et à medicinæ arte desperatæ. Pertinent hæc narrata ad miraculi amplificationem: nihil esse tam desperatum ac deploratum, quòd non possit Christi virtus sanare.

VERS. 44. — ACCESSIT. Postquam cepit mulier diffidere medicis, cepit esse salutis vicinior; factoque est illi salus nullam sperare salutem. Deus enim nulli libertitibus opitulatur quàm quem humana destituere præsidia.

RETRO, à tergo. Ut enim non accederet palam rogare quæmadmodum archisynagogus, obstabat tum pudor, tum metus; pudor sextus, ob morbi fœditatem; metus ne à turbâ, cui se admiscuerat, abijceretur, quippe lege immunda et contagiosa, Levit. 15, v. 25.

FIMBRIAM, oram, extremitatem. SYRUS, *caro*, cornu, eodem sensu. Latine potèr fimbria proprie extremitas vestis est cesuratum incisa, unde fit ut vetus interpres hoc modo appellet funiculos sui fila, ex nodo uno complura egredientia, qualia Judæi de quatuor angulis palliorum suorum, quò dignoscerebantur à gentibus, suspendere jussi fuerant, Deut. 22, v. 12, quæ *stitch* illic vocantur. Ceterum non respexisse hanc mulierem ad leges illas fimbrias, nec in illis fiduciam possuisse, sive contigerit illas, sive non, ex Mattheo, cap. 9, v. 21, manifestum fit, ubi nihil aliud quàm vestimentum, non fimbria vestimenti, ponitur.

VESTIMENTI, summi. Pallii non malè opinor, hoc loco veritas, quæ propria est vocis significatio; quantum frequenter pro omni vestimenti genere accipitur, ut jamjam diximus.

ET CONFESTIM STETIT FLUXUS SANGUINIS EJUS. Sistebat profluviu sanguinis, subito correcto liquore qui velut è perenni fonte solitus erat emanare; adeo enim invaluerat ille morbus, ut in fluxum naturalibus simillimum erupisset. Ex fluxu illo debilitatio in-

VERS. 44. — ACCESSIT RETRO, quia prohibebat palam accedere pudor et metus; pudor ex morbi fœditate et sexu; metus ex ejus immunditiâ, ne velut legaliter polluta et omnes pollutens à Judæis repelleretur. ET TETIGIT FIMBRIAM VESTIMENTI EJUS, scilicet supremi sive pallii. Fimbria ista erant fila dependentia in quatuor oris sui extremitatibus pallii; cuius fimbriam quam ipsam vestem tetigit, sive ex humilitate, sive quòd fimbria peculiariter esset insigne distinctionis illius gentis à cæteris, et nota sanctitatis, ut indicatur salis loco Num. cit., et Zachar. 8, v. ult. Unde eas magnificabant Pharisei, et ægroti volunt tangere etiam Matth. 14, v. ult. Mira fuit fides mulieris de Christi sanctitate et potestate, si nullis fidei centurionis, quia nec vocem ejus nec mandis impositionem, et ne quidem selectam morbi sui, sed solius vestimenti contactum credebat sufficere ad sanitatem suam.

VERS. 45. — QUIS EST QUI ME TETIGIT. Nolebat enim vel gloriam Dei in hoc facto, vel excellentem

firmatasque totius corporis nascebatur; cullibet enim evacuationi virtutis casum annexum esse medici affirmant. Illo igitur fluxu sistente, restituta est virtus toti corpori, sanguine subito emendato et in venas coacto, non expectatâ morâ refectionis, quæ longa esse solet in morbis arte naturæque virtute curatis; id sensit mulier, Marci 5, v. 29. Geminum itaque miraculum hic virtute Jesu editum est. Destituta à medicis, à quibus fuerat magnâ mercede vexata, repererat alium medicum, qui gratis, subito levique negotio, plenam conferret salutem.

VERS. 45. — QUIS EST QUI ME TETIGIT. Gaudebat mulier beneficium, ipso Christo inscio, quòd putabat, assecuta; verum ut non expedit hoc mulieri persuasum esse, ita noluit Christus celari gloriam Dei et tam insigne fidei later exemplum. Ideòrò interrogabat, requirens eam ut spontè in medium prodiret; nec enim congruebat ut testis sui ipse miraculi esset.

NEGANTIBUS OMNIBUS, quòd ex proposito eum tetigisset; nam ex impulse nulli tangebant.

ET QUI CUM ILLO ERANT, et collega ejus, discipuli, non intelligentes quid sibi preceptor vellet.

CONPRIMENT ET AFFLICIUNT, coarctant et opprimunt. Verum apparet per hyperbolem fuisse id de Christo dictum, propterea quòd tam graviter premebatur ut penè opprimeretur.

ET DICIS: QUIS ME TETIGIT? cum à tam multis tangaris. Eam tetigisse Salvator censet quæ ita tetigerat ut se efflicatas virtutis ipsius in illam exerisset, mirum quæ fide mediante tetigerat. Ceteri premebant potius quàm tangebant.

VERS. 46. — TETIGIT ME ALIQUIS, ex proposito, idque non vulgari modo.

NOVI VIRTUTEM. Facile novisse poterat, cum exire virtus non posset nisi ipse sciens ac prudens eam emitteret. Duobus autem modis accipi hic virtus potest. Si accipias pro virtutis effectu (quomodo non rarò miracula *virtutes* appellantur), sensus est, novisse Christum quid miraci operatus est muliere. Propriè autem si sumas virtutem, erat in Christo homine, quippe etiam Deo, virtus omnipotens, quæ tum

mulieris fidem celari, vel ei persuasum esse, quòd se vel ignorans vel nolente res ista configisset. neltigit autem Christus non quemvis promissum tactum, ut ex responso discipulorum patet, sed talem, qui operationem suam virtutis provocaverat, hoc est, qui fidebat imperante fide. Nam ceteri non tam tangebant quàm premebant Christum, ut August. hæc de re loqui solet, de quo vide serm. 6 de Verbis Dom., cap. 5, et serm. 135 de Temp., c. 5 et 4, quibus sicut et aliis locis, *tangere*, intelligi credere, seu tactum per fidem, istamque mulierem fuisse figuram credentium, ceteros Judæos incredulorum; illi fide tangunt Christum, et vestem seu corpus ejus Ecclesiam, hi premit et affligunt, quam interitus ad se traxerat, quam exterius sanaverat, sed humano se habebat more, et in interrogatione et circumspicione percussa mulier, seipsam spontè proderet, et miraculum fateretur, ut sie esset commendatus.

VERS. 46. — VIRTUTEM, id est, virtutis effectum, seu sanationem miraculosam, quam operatus erat. Unde in idem redit, si virtutem intelligas, ipsam

ex illo exisse dicitur cum in alios sese exereret; sed adeo efficac, certa ac presentanea, Christo ipso faciente, fuisse significatur erga eos à quibus fide petebatur, ut sponte sua fidem ipsam sequi, excipere amplectique videretur. Dicit porro istud Salvator, quò doceat virtutem in se esse servandi, et non tantum Deum suam virtute per ipsum, sed et ipsum per se propriam virtute salutem conferre. Sermonem autem accommodat ad turbam captum, tanquam in ipsius corpore sita sit corporalis sanandi virtus, quam efficit fides, uti verò erat corpus ejus salvitum; sed ex divinitate conjuncta.

DE ME, à me, ex me.

EXISSE. Si virtutem accipias pro virtutis effectu, propriè accipe *exisse*, tanquam effectum ex causâ. Si virtutem propriè accipias, exire accipe pro eo quod est extra operari, in alium se exerere.

VERS. 47. — QUI NON LATUIT, SE NON LATUISSE, VEL REM NON LATUISSE, SED EX DIVINITATE CONJUNCTA.

TRÉMENS VENIT. LOCUS iste cum miris modis hæreticos urgeat, injurios sacerdotum reliquis, mirum quam ridiculè eo se conentur expedire, nominatim Calvinus in Matthæum scribens. Ait inprimis singulariter fuisse Spiritus sancti impulsus, quod hæc mulier cogitat, si modò tetigerit Christi vestem, « se protinus fore sanam; singulare fuisse exemplum, « neque ad communem regulam trahi debere. » Atqui, in exemplum tractum est à compluribus benè citò, ipso adhuc Christo in terris agente, admittente, et rebus ipsis probante, Matth. 14, v. 36, ut omittam tot alia Scripturarum exempla, de umbrâ Petri, sudariis Pauli, ossibus Elisæi, etc.; hæc itaque ratione sibi non satisfaciens, aliud comminiscens addit: « Fieri etiam potest, ut mulieris fidei aliquid « vitii et erroris fuerit admixtum, quod Christus per « indulgentiam tolerat et ignoscit. Certè quòd postea « sibi malè conscia formidat et tremat, talis dubitatio, « cum sit fidei contraria, excusatione caret. » Et paulò post: « Fide duce ad Christum accessit mulier: quòd « autem in veste hæsit potius quam ut se illi sanandam precibus offerret, fortè zelo inconsiderato paululum à viâ deflexit; præsertim cum paulò post ostendat dubitanter et perplexo animo id tentasse. » Atqui, non ideò malè sibi conscia formidavit, tremuit, perplexa mulier fuit, quòd persuasa fuisset sanandam se vel vestis Christi tactu, cum hæc jam ratione sanandi potestatem, que erat in Christo: que exire dicitur ab operante, quando operatur, phrasî videlicet ad captum mulieris et rudiorum accommodatâ, qui ex Christo velut vase pleno virtutis et efficacie apprehendebant sanitates fluere, cum eas ipse sciens et prudens non natura necessitate, sed voluntate operaretur, quando vellet, et ubi vellet.

VERS. 47. — TRÉMENS, etc., non quia malè credidisset se vestis tactu sanandam, ut vult Calvinus in Matth., sed quòd beneficium cum quasi ignoranti suffurari voluisset, præter opinionem esset detrecta, quòd immunda mundum tetigisset, quòd hinc se increpandum, beneficium fortassis à se repetendum vereretur.

VERS. 48. — FIDES TUA SALVAM TE FECIT, quia tanta fides miraculum impetraverat et promeruerat; nam effectivè hoc fecerat virtus Christi. Fidem tamen

sanitatem assecuta esset, fidesque ejus, que Domini ore laudatur, hæc ipsa fuerit: Quòd si vel vestimentum ejus tetigero, Marci 5, v. 28; sed quòd præter opinionem videret se à Christo perceptam fuisse et prodi cum latere voluisset, quòd clanculum accessisset et beneficium inscio quasi suffurari tentasset, denique fortassis etiam quòd immunda cum esset Christi vestimenta tetigisset; ob hæc timebat ne oburgaretur à Christo, aut etiam ne iratus ille beneficium repeteret suum.

OB QUAM CAUSAM, sanitatis causâ, quam sperabat assequi vestis tactu, non audens morbum palam aperire.

INDICAVIT, declaravit ei.

CORAM OMNI POPULO, audiente universo populo, metu pudorem excutiente.

ET QUENAMODUM, et quomodo SANATA fuisset illicò, à morbo feodo quo duodecim annos laboraverat, frustra sudantibus medicis.

VERS. 48. — AT IPSE, ipse autem.

FILIA, confide filia; ita est Græcè et Syriacè. Noli meture, sis secreta et bono animo; metuebat enim.

FILIA. Modus suaviter appellandi etiam ignotus: Filiam etiam vocat, ut fidelem.

FIDES TUA. Illa utique que mox expressa est: Si tetigero tantum vestimentum ejus, salva ero, Matth. 9, v. 22; excellens nimirum de Christo opinio, firmâ cum fiducia conjuncta. Tanta fuit huic mulieri fides quanta non facilè alii, ut, qua nullum remedium, nullum medicum, ipsi open ferre posse, jam longo experimento cognoverat, crediderit per Christi meritum, nullo adhibito naturali remedio, nullâ medicâ arte, sed solo vestimentorum ejus tactu, id quod naturale esse non potest, repente sanari omninoque restitui se posse. Solent qui multa experti frustra sunt, minis credere quam qui nondum quidquam sunt experti; ideò major hujus femine fides quam si nondum periculum factum fuisset medicæ efficacitatis. Porro, dicit potius, *fides tua, quam, virtus mea*, ad commendationem fidei, per quam efficaciter participes virtutis ipsius: id quod hic doctum voluit signanter archisynagogum præsentem.

SALVAM FECIT, servavit, sanavit, ait illi tibi eam quam assecuta es sanitatem: per fidem enim cætera impetrantur. Confirmat sententia sua beneficium, quòd mulier clanculum quasi suffurata erat.

magis quam suam virtutem expressit, ut illa apud archisynagogum minis credulum magis commendaretur. VADE IN PACE, animo scilicet tranquillo et corpore sano (pax enim Hebræis valde latè patet, et pro omni prosperitate corporis et animi sumitur), nihil timens, auferendum tibi esse beneficium. Hinc Catholici invictum argumentum pro rebusque usu petunt: quem quavis mordet et vellicet Calvinus, velique hoc exemplum esse singulare, quòd ad imitationem valere non debeat, potius tamen hinc impietas ejus redarguitur, qui audeat mulierem hæc indiscreti zeli et superstitionis arguere, cujus filium Christus ipse laudat, et sanitatem impetrasse testatur. Eam fuisse Martham, sororem Lazari et Mariæ, videtur sentire Ambrós., lib. de Solomonæ, capite 5, sed longè verius tradit Eusebius, fuisse ex Casaræ

VADE IN PACE, id est, cum pace, cum prosperitate, incolunitate, salute, tranquillitate (hæc enim omnia pacis nomine Hebræis significantur), ubi feliciter læto tranquilloque animo. Benè precantium est æbenibus, ut 1 Reg. 1, v. 17.

VERS. 49. — AD PRINCIPEM SYNAGOGÆ. Græcè à principe synagoga. Diu quasita, inventa est tandem genuina hujus loci lectio, in manuscripto ecclesiæ nostræ continente quatuor Evangelia, F. litterâ insignito, quòd habet non, *ad principem*, casu quarto, ut vulgò, sed, à principe, casu sexto; sic enim esse legendum, Græcæ et Syra clamant, mutatione factâ ab iis qui non intellexerunt hanc loquendi formam, uti et secundum Marcum, cap. 5, v. 55, mutaverant, ab archisynagogo cum ad archisynagogum. Ab archisynagogo igitur et Latine legendum est; id Syrus explicat: Ab ædibus principis synagoga, uti in Marco. Vel potius, ex domesticis: ad verbum in Syro est, *ab iis qui domus*, scilicet sunt; qui verus sensus est; nam archisynagogus ipse apud Jesum erat. Sic Terentius etiam in Phormione loquitur: *Quæ hæc est anus examinata, à fratre que egressa est meo*, quod est, à domo fratris, ut Donatus explicat.

VEXARE, delatigare, molestiâ afficere, frustra. Si quidem nihil aliud illi credebant esse Jesum quam veluti medicum insignem, qui vive quidem salutem dare posset, mortuæ autem vitam reddere non posset; et ideò supervacaneum esse judicabant ad examinationem jam accersere.

ILLUM, magistrum, quo modo est etiam Syriacè, nisi quòd ex Marco videri queat acceptum. Hic appellandi modus honorificentior, ille contemptibilior.

VERS. 50. — AUDITO, Græcè, cum audisset.

HOC VERBO, id est, hoc Græcè Syriacèque non leguntur hæc due voculae, hoc verbo; et fortè ex Marco Latine sunt addite.

RESPONDIT PATRI PUELLE, ita est, et Syriacè: Dixit patri puella. Porro Græcè est: Respondit ei dicens; id quòd intelligendum videtur, respondit huic nuntio sive verbo, dicens archisynagogo seu patri puella; ita ut ei jungatur cum dicens.

CREDE TANTUM, me subvenire tibi posse. Exigit fidem per fiduciam operantem. Vidisti mox mulierem ab incurabili morbo fidei interventu sanatam (quò enim videtur respexisse Salvator; et idcirco voluisse miraculum illud sanatæ mulieris manifestari, quò archisynagogus, ubi hic nuntius afferretur, faciliùs persuaderetur), tu similiter, crede duntaxat in meâ id esse potestate quicquid est, et consequeris. In te situm est ut valeat filia: non refert quantum sit malum, sit mors ipsa, sed quàm firma sit fides tua. Hæc enim voce, crede tantum, significat non defore sibi virtutem, modò eam Jaius credens admittat; et simul hortatur ut securè animum suum dilatat, quia timeandum non sit ne fides ejus latius pateat quàm immensa

Philippi. Nam grauitudinis ergo erexit Christo statuum æneam in illâ civitate ante fores suas, ad cujus pedes nascebatur herba, que cum limbram æneæ statuum

Filii Dei virtus. Vetat igitur incredulitate et diffidentia præcludere aditum gratiæ cui mors obstaculo futura non sit.

SALVA ERIT. Fides patris proderat filia: ut impetrans filia resuscitationem; sed non minùs ipsi patri, cui gravis adversitas mors filia erat. De quo diximus supra.

VERS. 51. — ET CUM VENISSET, Græcè, ingressus autem.

DOMUM principis synagoga.

INTRARE, in cubiculum ubi puellæ jacebat funus.

SECUM addidit explicationis gratiâ interpres.

ET JACOBUM ET JOANNEM. In Regio et quibusdam aliis libris Græcè præponitur Joannes, quippe dignior: verum Jacobus ut senior etiam à Marco præpositus est. Hi cum Petro testes fuerunt gloriæ Jesu in monte. Tres autem assumpsit, quot poterat sufficere ad ferendum testimonium: ternarius enim numerus legis censurâ ad rem probandam idoneus pronuntiatur, Deut. 19, v. 15. Petrum, quem staturat prædicere Ecclesiæ suæ, suo terras relinquens loco; qui dedit ipsi Jesu testimonium Filii Dei vivi, doctus occultâ Patris inspiratione; qui ipse suis oculis vidit Jesum indutum gloria decenti Filium Dei vivi, et audit auribus disertam Dei Patris Filium suum agnoscens vocem. Jacobum, alium Zebedæi, quem Majorem vocamus, qui primus apostolorum pro Christo perditurus erat animam suam, Act. 12 v. 2. Joannem, fratrem Jacobi qui, ut erat religio omnibus apostolis futurus longevior, ita ipsum congregabat testem esse potentia Jesu. Hos tres solos hic ad spectandam puellæ à morte suscitationem admittit, coram solis his tribus agone cum mortis imminens horrore inii, Matth. 26, v. 37, denique hos tres testes esse voluit eorum omnium que gessit, quippe quibus à principio à se vocatis, ad majora staturat uti: id quòd novis illis nominibus, quæ his tribus imposuit quando creavit apostolos, Marc. 5, v. 16, 17, satis declaravit. Alios omnes non permisit intrare in cubiculum ubi puella jacebat. Prætermittit Lucas quòd narrat Matthæus et Marcus Jesum ejecisse omnem istam turbam tumultuantem de quâ versiculo sequenti. Cur paucos adeo testes suscitationi hujus puellæ voluerit adesse Dominus una causa fuit: Non adhibet Christus arbitros ad pompam et inanem gloriam, à quâ aliena esse debet charitas et beneficiendi voluntas: satis fuit puellam, de cujus morte constabat, cujusque cadaver conspectum fuerat, repente vivam, et vigoris plenam, ante hominum oculos prodire. Altera, ad emulorum invidiam declinandam. Tertia, ut non nimium sibi conciliaret populi favorem; nondum enim venerat hora ejus, ut vel ab illis pateretur, vel ab his glorificaretur. Nam futurum erat istud præ cæteris insolens factum, quale nunquam hactenus

crecendo attigisset, morbis cujusque generis medendi vim habebat. Hæc statuum se vidisse testatur, lib. 7 Historia, c. 14.

Salvator ediderat, quod se mortis Dominum esse monstratus erat, præcipuum quod de ipso sciri poterat: quod factum quanquam sciret brevi divulgandum, aliud tamen erat vidisse morti imperantem, ut maxime permoveret visus. Noluit autem mox ab initio totus invenire; sed ordine quodam, quem ipse sciebat congruum et à Patre definitum, se etiam discipulis revelavit. Quare nec discipulos suos omnes huc adhibet, sed paucos quosdam et eos selectos qui opportunum tempore idonei essent conspici miraculi testes.

VERB. 52. — FLEBANT AUTEM. Cum autem flectent eam omnes et plangerent, ut verò mortuam omnibusque conclamantem, dixit ipse, etc.

PLANGENT. Græcum propriè est cedere et ferire; translatum est ad mores funera lugentium, quòd illic tales esse soleant gestus, ferientium semetipsos. Competit mortis, ut apud nos graves campanarum soni, ita apud Judæos tibicenæ, more, quòd videtur, à gentilibus accepto, adhibebantur ad lectum (*Cantabat*, inquit ille, *maxis tibi faceribus*), ad quorum modos, conducti hi histriones canebant funebria carmina, tundeant pectora, ejulatusque lugubres edebant, et amici ac vicini utriusque dolor ambitionis provocabant: id quod etiam similitudine illa à Salvatore allata Matth. 11, v. 17, declarat: *Lamentavimus et non plangivimus*.

NON EST MORTUA. Non negat verò mortuam esse secundum naturam, sed ita loquitur quomodo se habet res ista in oculis ipsius, non ut se habeat in oculis eorum qui mortuam lucebant. Sibi ipsi mortua erat puella, parentibus, et huic turbæ tumultuata, imò orbi universo; sed Christo Filio Dei, cui vivunt omnia, non erat mortua.

Sed dormit, suscitationem ipsius expectans, cui erat facilis à morte eam quam hominibus à somno excitare. Dormire pro mori in sacris litteris frequens usurpatur, Act. 7, v. 60; 1 Cor. 15, v. 8; 3 Reg. 14, v. 20 et 31; verùm hic Christus aliter videtur accipere: peculiariter enim inter somnum et mortem discernit, ut spem vite innox restituenda faciat; ac si diceret: Non est mortua ut maneat in morte, sed dormit ad breve tempus: somnus est; non mors: statim namque expergetam videbitis quam lugetis mortuam.

VERB. 53. — ET DERIDERANT EUM; nec enim tene-

VERB. 52. — NON EST MORTUA PUELLA: scilicet, sicut vos putatis, ut in morte maneat, sicut ceteri mortui, neque sibi spes reviviscendi. Sed dormit, quia mox expergetam videbitis, quam lugetis ut mortuam; somnus igitur est, non mors. Unde quod multi dicunt: *Non est mortua*, quia omnia vivunt Deo, non videtur huic loco convenire; sic enim nullus mortuus diceretur, cum tamen aliquid peccitare videatur Christus de hac puella dicere, quod non de omnibus. Unde nunc illo modo dicitur hic puella dormire, quo omnes mortui, Dan. 12, vers. 2, vel peculiariter sancti dicuntur in morte dormientes, propter spem futurae resurrectionis; sed potius ad illum planè modum, quo, Joan. 11, vers. 14, dicit Christus: *Lazarus quicquid noster dormit, sed vado ut à somno excitem eum*.

bant consilium Domini, stupidi et crassi homines, totum in profano luctu occupati. Fecit hoc ad confirmationem amplificationemque miraculi; quòd de morte nihil dubitationis apud eos restaret.

SCIENTES, quòd scirent esse mortuam.

VERB. 54. — IPSE AUTEM TENENS. Græcè: *Ipse autem cum ejecisset omnes foras et apprehendisset*, omnes scilicet præter mox nominatos, discipulos suos tres et parentes virginis, ita est et Syriacè. Porrò Latine non leguntur hæc verba, *ejectis omnibus foras, et*; viderique possunt ex Matthæo et Marco huc adjecta; nam Lucas satis istud intelligendum dedit superiori versu 51.

CLAMAVIT. Tanquam alto somno pressam excitans. Clamore enim isto, et animæ absentiam, et mortis potentiam, sed vi vocis suæ inferiorem, significavit. Nam tamen naturaliter clamor hic ad excitandos mortuas sensus nihil proderat, vim tamen suæ vocis magnificè ostendere voluit, quò magis homines assuefaceret ad doctrinam suam audiendam, roque ipsà monstraret quod alibi dixerat: *Veni huius et nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei, et qui audierint vivent*, Joan. 5, v. 25. Indè igitur apparet quam efficax sit vox Christi, quæ ad mortuos usque penetrat, ita ut sit in ipsa morte vivifica.

PUELLA, SURGE. In Marco est: *Talitha cumi*, quod est interpretatum: *Puella, surge*. Verba Syriaca sunt ambo, non tantum prius, sed et posterius: quare et Syriacè editio ad eum planè modum habet: *Talitha cumi*. Syris et Chaldeis tali puerum significat, puellam ista. Erat autem lingua Syra Chaldaicæ affinis admodum, tunc vernacula Hebræa (unde etiam Hebræa diebatur), quò proinde et Salvatore vulgò utebatur, ad populum præsertim verba faciens. Gaudet porò peculiariter Marcus, verba Domini, quibus miraculi aliquid operatus est, eadem lingua quò pronuntiata sunt, referre, lectorem quasi in rem præsentem adducens; non quòd vis aliqua, aut efficacitas verbis eà lingua insit, sed contra potius, quò vim efficacitatemque omnem Salvatori adscribendam constaret; quippe qui usus sit vulgaribus verbis, è medio vulgi sermone petitis, ad differentiam ab incantatoribus, qui susurris, murmure, verbis, carminibusque obscuris, hoc est, invocationibus daemonum, quædam aliquando admiranda faciunt. Propria itaque hoc loco et certa Jesu etiam ad mortuos excitandos virtus declaratur, cui tam ea esset in promptu, quam aliquid

Quod cum non intellexissent, addit, *mortuas est*, indicans se eum à mortuis, velè suscitare. Usus est autem hic isto loquendi modo eadem de causa, quò mox præcepit ut nemo sciret, videlicet ut hæc urbana ambiguitate minus miraculum turbis innotesceret.

VERB. 55. — ET DERIDERANT EUM; quia ignari istius consilii divini, et apud quos de ipsa morte puellæ nulla erat dubitatio.

VERB. 54. — PUELLA, SURGE, ut ipso quodammodo gestu, et voce ageret tanquam cum dormiente, quem manu et voce excitare soleamus. Unde eadem facilitate, quæ somno excitata surrexit, ut Marcus, *ambulabat*, ET JESSIT ILLI DARI MANUCARE, ne phantasma putaretur.

nostrum excitare dormientem: nam hujusmodi actione et oratione excitare soleamus dormientes corpore sanos, apprehensa manu et voce addit: *Petite, surge*. Porrò cum, Syris, ita est surgere, ut stes; qui sius viventium et valentium est, oppositus situi jacentis mortui.

VERB. 55. — ET, tunc.

SPARVUS ETUS, idem ille quo ante vixerat (manifestè enim hic adstruitur animæ immortalitas, qui jam longè aberat à corpore, audivit tamen vocem Jesu revocantis, ejusque imperio accitus mox præstò fuit, adeoque celeriter reversus, in corpus totum denique sese insinuavit, ita ut puella continuo surgeret è lecto, non modò rediviva, sed etiam ab omni morbo liberata.

ET SURREXIT, nullo majori negotio quam si ex somno excitata et prehensa manu elevata fuisset.

COSISTIT. Qui profundo somno premuntur, nonnunquam expergeti non possunt, etiamsi semel atque iterum incales ac velices: nec statim evigilant excitati, sed diù semisomnes, oscitantes, distendunt brachia, nutant capite, nonnunquam et mento pulsant pectus, et nisi instes relabuntur in somnum. Hæc mortua confessi, ad vocem vocantis et excitantis Jesu, surrexit: facilius revixit ad vocem appellantis, quam quis expergetur ad vocem excitantis. Agnovit enim animula, quæ pulsa morbo corpus reliquerat, vocem conditoris sui, et nihil cunctata reversa est in domiciliū unde demigrarat.

JESSIT ILLI DARI MANUCARE, ut non modò vivere, sed etiam bene valere ostenderetur et omnibus vite munis rectè uti. Non enim solum vitam ei subito Salvatore reddidit, sed et sanitatem. Ad hoc voluit etiam ut daretur illi quod ederet, ut certiorè red-

CAPUT IX.

1. Convocatis autem duodecim apostolis, dedit illis virtutem et potestatem super omnia dæmonia, et ut languores curarent.

2. Et misit illos prædicare regnum Dei, et sanare infirmos.

3. Et ait ad illos: Nihil tuleritis in viâ, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis.

4. Et in quacumque domum intraveritis, ibi manete, et in eam ne exeatis.

5. Et quicumque non receperit vos: exentes de civitate illa, etiam pulverem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos.

6. Egressi autem circumibant per castella evangelizantes et curantes ubique.

7. Audivit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, et hæsitabat eò quòd diceretur.

8. A quibusdam: Quia Joannes surrexit à mortuis: à quibusdam verò: Quia Elias apparuit: ab aliis autem: Quia propheta unus de antiquis surrexit.

9. Et ait Herodes: Joannem ego decollavi. Quis est autem iste, de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum.

deret excitationis veritatem, ne videretur phantasma esse; unde et dare noluit, sed jussit ut parentes ipsi hoc facerent. Porrò non de viâ tantum, sed et de prosperâ valetudine puellæ voluit hoc modo constare, declarans ipsam esse, quòd pueri grandiores à somno excitati solent cum valent; statim namque eibum petunt, quem, si non valent, recusant. Marcus addit, et *ambulabat*, quæ verba magis etiam indicant eum spiritu reversas esse vires et alacritatem. Gemine itaque hic rursum miraculum virtutis Jesu editum est, quòd et anima in corpus sit revocata, et corpus sanitati restitutum quod ex aegritudine fuerat mortuum: potius enim anima etiam in ægrotum aut languidum corpus revocari; sed utrumque præstitit, qui utrumque fuerat rogatus, nec voluit negare minus qui dedit majus.

VERB. 56. — ET STUPUERUNT, tante virtutis nec nisi divinæ tam efficaciæ tamque presentis spectaculo.

QUIBUS PRÆCEPIT. Græcè, *ipse verò præcepit eis*. NE ALIQUI DERIDERENT, ne quis id resciret ex ipsis. Sciebat enim non iri celatum, imò longè latèque sparsum iri, id quod ita factum Matthæus narrat (et qui poterat celari, quòd puella ipsa, quam considerat mortuam, eò ipso quo vivere conspiceretur, prodere?). Sed præcepit ex causâ duplici: una, ut vitaret ipse suspitionem affectatæ gloriæ, id quod potissimum apud synagogæ primores agendum erat, qui nihil non faciebant ad laudem humanam emerendam; altera, ut illi vel tantisper tacerent dum ipse indè discessisset. Non enim gaudebat applausu populari, qui erat illic rei eventum expectans magnâ turbâ.

CHAPITRE IX.

1. Or, Jésus ayant assemblé ses douze apôtres, leur donna puissance et autorité sur tous les démons, avec le pouvoir de guérir les maladies.

2. Puis il les envoya prêcher le royaume de Dieu, et rendre la santé aux malades;

3. Et il leur dit: Ne portez rien dans le chemin, ni bâton, ni sac, ni pain, ni argent, et n'avez point deux habits.

4. En quelque maison que vous soyez entrés, demeurez-y, et n'en sortez point.

5. Lorsqu'il se trouvera des personnes qui ne voudront pas vous recevoir, sortant de leur ville, secouez même la poussière de vos pieds, afin que ce soit un témoignage contre eux.

6. Etant donc partis, ils allaient de village en village, annonçant l'évangile, et guérissant partout les malades.

7. Dependamment Hérode le tétrarque entendit parler de tout ce que faisait Jésus, et il était dans une grande perplexité, parce que les uns disaient

8. Que Jean était ressuscité d'entre les morts; les autres, qu'Élie était apparu; et d'autres, qu'un des anciens prophètes était ressuscité.

9. Mais Hérode dit: J'ai fait couper la tête à Jean. Qui est donc celui-ci de qui j'entends dire de si grandes choses? Et il souhaitait de le voir.